1152 ~~10 übergeschrieben~~ tribuitur ~~pro~~ missio. Verumtamen dum dominus Daniel Pragensis hæc animadvertit, ex consilio procerum, quos tunc secum habebat, eius lenit animum et eum a curia illa ad gratiam ducis Bohemie secum adducit, cui castrum Gradek[1] ultra Albim cum suis appendentiis in beneficium tribuitur.

~~Kon. aus~~ audivit P

~~appendentiis~~ P

1153? Anno dominice incarnationis MCLV[2] Vericus predictus domicellus in Poloniam cum suis complicibus fugit. Eodem anno Wladizlaus dux a rege Friderico in maximam recipitur gratiam. Filiam marchionis Alberti de Saxonia, dominam honestissimam, optimis ornatam moribus, sibi iungit matrimonio.[3]

1154 Anno dominice incarnationis MCLIV° rex Fridericus collecta plurima multitudine principum et aliorum militum Heinrico, duce Saxonie, et Friderico, filio regis Conradi, aliisque principibus sibi adiunctis Romam ad papam Adrianum, ut eum in cesarem iure debito consecret, iter cum forti manu militum arripit. Cum autem in exitu Alpium ante ipsam Veronam civitatem ad Guardum castellum inexpugnabile pervenunt, Veronenses tamquam ex suo iure transitum sibi et suis prohibent dicentes eum esse non cesarem, sed regem.[4] Propter hæc eum ex eorum iure eis debere pecuniam persolvere, si inde Romam transire

1) Königgrätz

2) Da die andern Jahreszahlen um 2 zu hoch angegeben sind, fallen wahrscheinlich diese Ereignisse ins Jahr 1153.

3) Wahrscheinlich Wladislaus von Polen, von dem aber über seine Gemahlin Agn. mit seiner Tochter Albrechts des Bären sonst nichts bekannt ist. Was sich in der Literatur (z. B. Krabbo, Albrecht d. Bär, S. 71) darüber findet, beruht nur auf dieser Nachricht des Binzer.

4) Das folgende wahrscheinlich Verwechslung mit dem Zweikampfall in den Beziehungen Konrads beim Rückzug, von dem Binzer nichts berichtet. Von Feindseligkeiten der Veronesen beim Einzug weissen sonst nur die Ann. Palid. SS XVI, 88. Vgl. Simonsfeld, 245.